Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Hec mando vobis. ut diligatis inuicem Si mundus
uos odit scitote quia me prorem uobis odio habuit
Si de mundo fuissetis. mundus quod suum erat diligeret
Quia uero de mundo non estis sed ego elegi uos de mundo.
propterea odit uos mundus Memento sermonis mei.
quem ego dixi uobis. Non est seruus maior domino suo.
Si me persecuti sunt. et uos persequentur Si sermonem meum ser
uauerunt. et uestrum seruabunt sed hec omnia facient uobis propter
nomen meum quia nesciunt eum qui me misit Si non uenissem
et locutus fuissem eis. peccatum non haberent Nunc autem excu
sationem non habent de peccato suo. Qui me odit. et
patrem meum odit Si opera non fecissem in eis que nemo
alius fecit peccatum non habent Nunc autem et uiderunt et ode
runt et me et patrem meum. sed ut impleatur sermo quem in
lege eorum scriptus est quia odio habuerunt me gratis.
Hec mando uobis ut diligatis inuicem Antiphona
ac per hoc intelligere debemus hunc esse fructum nostrum
de quo ait ego uos elegi ut eatis. et fructum afferatis.
et fructus uester maneat Hymnus.
Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi
uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet ut ani